



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**VRBIS|| HIEROSOLIMÆ|| QVEMADMODVM EA CHRISTI||
tempore floruit, & suburbanorum eius brevis.||
descriptio.||**

**Adrichem, Christiaan van
Coloniae Agrippinae, 1585**

VD16 A 298

Alivd A.M.D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64394)

ALIVD A. M. D.

VRbs vetus, Isacidisq; frequens, & celsa Sionis
 Pergama, tot tripodas vatū, monimenta q; regum
 Sanctorum ostentans, & tot celebrata stupendis
 Veri hominis, veri q; Dei virtutibus olim,
 Relligione potens, & auitis inclyta sacris,
 Inclyta diuitijs, & sancti immania templi
 Culmina, marmoreasq; leuans ad sidera tures,
 Floruit, & tantos olim captauit honores:
 Verūm eheu iacuit iam multis diruta sacris.
 Illam nempè diu funestis cladibus actam
 Decretum Superiorum, & ineluctabile fatum
 Funditus euerfam voluit, pessumq; iacentem.
 Ergò quid ignotas per mille pericula terras
 Arripis, & pelagus diuturna classe fatigas?
 Non etenim Solymorum urbem, nec culmina vides
 Ardua Dauidis, neque sacri grandia fani
 Tecta, sed antiqui vestigia pauculi sacri.
 Vt tamen intuitu posses lustrare vetustam
 Sanctæ vrbis faciem, & delubri operosa stupendi
 Limina, oliuiferos colles, regumque penates,
 Et nobis veneranda datæ monumenta salutis,
 En tibi subtili studio Compendia strauit
 Ingenio præstans Adrichom, paruoque libello
 Exhibet antiquam Solymūm statuencia formam.

ALIVD